Fragmentarium

Fragm. lat. 39a-2 2

bucio in anima mea. Speret isr'l in domino ex
hoc nunc et usque in seculum. Psalmus dauid ·
cxviii Memento domine dauid et omnis mansuetudinis
eius. Sicut iurauit domino votum vovit deo
iacob. Si introiero in tabernaculum domus mee
si ascendero in lectum strati mei. Si dedero som
num oculis meis et palpebris meis dormitacionem
Et requiem temporibus meis donec inueni
am locum domino tabernaculum deo iacob. Ecce au
diuimus eam in effrata inuenimus eam in cam
pis silue. Introibimus in tabernaculum eius ado
rabimus in loco ubi steterunt pedes eius. Sur
ge domine in requiem tuam tu et archa sanctificaci
onis tue. Sacerdotes tui induantur iusticia et
sancti tui exultent. Propter dauid seruum tuum
non auertas faciem christi tui. Iurauit dominus da
uid ueritatem et non frustrabitur eum de fructu
uentris tui ponam super sedem tuam. Si custodie
rint filii tui testamentum meum et testimonia
mea hec que docebo eos. Et filii eorum usque in
seculum sedebunt super sedem tuam. Quoniam elegit dominus
syon elegit eam in habitacionem sibi. Hec requi
es mea in seculum seculi hic habitabo quoniam elegi eam ·

License: cc-by – Leipzig, Universitätsbibliothek, Fragm. lat. 39a, 2r (2) – Psalterium
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-de7f/131/2315)